



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Originvm Monasticarvm Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Cap. I. Congregatio Barnabitarum, itemqúe altera Somaschensium Clericorum, per B. Hieronymum] AEmilianum circa annum 1532. instituta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11249**

## CLERICORVM

## REGVLARIVM

## CONGREGATIONES

Variæ.

## LIBER IV.

## CAPVT I.

*Congregatio Barnabitarum, itemque al-  
tera Somaſchenſium Clericorum, per B.  
Hieronymum AEmilianum circa  
an. 1532. inſtituta.*



OSTra patrumque memoria  
vt varij monachorum ordi-  
nes veterem disciplinam in v-  
ſum reuocarunt, ſic & varia  
Clericorum ſeu Presbytero-  
rum ſæcularium, vt vocant,  
Congregationes ſunt exortę,  
qui more Apoſtolico in communi viuentes  
quandam primitiuę Eccleſię faciem repre-  
ſentant.

*Barnabitarum ſeu Apoſtolicorum antiquiſſi-*

S 2 ma

ma familia apud Italos nunc sub S. Augustini regula militat ex decreto Innocētij VIII. qui an. 1484. illis regulam S. Augustini præscripsit. Refert ea Congregatio sua initia ad S. Barnabam Apostolum.

Sunt & aliæ aliquot in Italia Clericorum reformatorū familiæ, vt *Somaschensis*, *Theatina*, & aliæ. de quibus ex ordine acturus, pauca præmittam de B. Hieronymo Aemiliano Somaschensis congregationis parente ac conditore.

Beatus Hieronymus AEmilianus, patricius Venetus, varijs pro Republica Veneta muneribus egregiè perfunctus, bello ex Cameracensi fœdere aduersus Venetos æstuante ad fines ipsorum tutandos destinatur, qui ab exercitu Maximiliani Cæsaris in Castro nouo obsessus, captus & vinculis constrictus, opè Sæctissimæ Virginis Deiparæ eripitur, ac per medios hostes deductus, Taruifium incolu-  
mis peruenit. Tanti autem haud immemor beneficij, patrimonio pauperibus distributo, vale dicens sæculo, in pietatis officijs se ipsum cœpit exercere. Itaque non modò Venetijs, sed & in alijs Italiæ vrbibus, pueros parentibus destitutos, in vnum collectos in extructis à se ædibus alendos curauit; quod & circa puellas præstitit. Multis autem peragratis vrbibus, in *Somaschæ* castro (quod inter Bergomum & Larium lacum occurrit) demum substitit, ibique multis ad eum confluentibus  
alum-

alumnis congregationis Somaschenfis fundamenta iecit, multis fulgens miraculis. Nam cum fame multi in proximis regionibus ob victus inopiam conficerentur, ipse pane in gremio suo diuinitus aucto non solum suos, sed etiam exteros quosque aduentantes pa- uuit. Ita verò dæmonibus erat formidolosus, ut eos è multis obsessorum ad eum caterua- tim aduenientium corporibus eijceret. Spiritu quoque Prophetico afflatus, multa, quæ ita euenere, prædixit. Denique obitus sui præ- sciens, annum quinquagesimum agens ætatis, 9. Martij cessit è vita, anno reparationis no- 1537. stræ millesimo quingentesimo tricesimo sep- timo. Ita Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, ex eius Vita per Andream Stellam, e- iusdem Congregationis Præfectum gene- ralem scripta.

Officio nondum colitur Ecclesiastico: se- pulcrum tamen eius in multo est honore, ob varia miracula ibi patrata.

## CAPVT II.

*Congregatio Clericorum  
S. Pauli.*

Congregatio Clericorum S. Pauli, apud Italos pariter florens, an. 1533. à Clemente VII. est confirmata: à quo sit instituta, certè nondum comperi.